



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

86 Idem, quod num. 79.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

si quas ruinas, num. 4, & de sacrosan. eccl. & Iul. Clar. sent. lib. 4, §. emphiteusis, quest. 34.

86 Quarto, † quando, servatis servandis, ecclesia dat domum, seu prædium ecclesiasticum de mensa ecclesiæ laico in emphiteusim perpetuam, seu ad tertiam, sive aliam generationem, aut aliud limitatum tempus sub annuo conventu, canone, seu responsione, Apostolica auctoritate ad formam dictæ extravag. ambitiosè, cap. 1, eodem titul. in 6, & Rot. divers. decis. 178, num. 8. & 10, par. 2.

87 Primo casu, † quo emphiteusis est laicalis, emphiteuta pro illo utili dominio debet onera pro sua portione, & dominus directus pariter pro sua subire, idque semper procedit, & servatur quando-cunque sumus in emphiteusi laicali & in his terminis procedit opinio, Iul. Clar. sentent. lib. 4, §. emphiteusis quest. 46, ubi testatur ita à senatu servari solere, cuius opinio (cùm scripserit in terminis, in quibus directus dominus onera tenetur pro sua portione persolvere) necessariò procedit inter directum dominum & em-

88 phiteutam laicum † cùm personæ ecclesiasticæ, & eorum bona ab omnibus oneribus laicalibus sint exempta, Abb. in cap. fin. de reb. eccles. non alienan. Ancharan. conf. 12, num. 2, vers. sed sic circa, Ruin. conf. 3, col. 3, & 8, lib. 5, in huiusmodi terminis, etiam procedunt allegata per Alexan. conf. 10, lib. 1, n. 11, conf. 35, num. 12, lib. 4, & conf. 4, num. 3, lib. 5, qui consulit inter personas merè laicas, & super bonis merè laicalibus, ut aperte colligitur ex facti specie eorundem consiliorum, & dict. conf. 101, num. 11, ubi incidenter tangit, & refert opinionem

scribentium, laicum teneri ad collectas solvendas propter fructus, quos percepit, & doctores tenere, ita de consuetudine solitum esse servari. Unde consuetudo præsupponit jus commune in contrarium, & quid hoc casu, & alijs contra immunitatem, & libertatem ecclesiasticam operari possit consuetudo, infra patebit.

89 Quòd autem † emphiteuta bonorum ecclesiasticorum respectu utilis dominij onera persolvere teneatur, tenentur Ifern. & affl. in tit. qua sint reg. in ver. plaustrorum. Luc. de Pen. in l. 1, colum. 2, C. de impon. Luc. deser. lib. 10. Alexand. Federic. de Sen. Soc. Ias. Birun. Purpur. & Craver. quos citat, & sequitur Sol. in comment. constit. antiq. Sab. sub rubr. de jur. emphiteut. glossa 2, num. 26, quibus addo Alvar. Valat. de jur. emphiteut. quest. 17, sub num. 11, & Molin. tract. 21, de contrad. disput. 456, num. 5, dummodò in ultimam ipsius rei deducatur ea summa, quam pro ipsa re nomine pensionis, vel census, præstat ecclesiæ, ut inquit gloss. super cap. Reg. Caro 2, sub rubr. quod Cler. cleric. viv. non com. vers. adde quod si res ecclesiastica. Contrarium tamen ex eo apparet, † quòd statuta laicorum non includant bona ecclesiastica; etiam quòd eorundem bonorum utile dominium sit penes laicos, quod probat text. in cap. qua in Ecclesiis, & ibi Abb. num. 2, Imol. num. 7, Dec. num. 6, alias num. 9, Bero. num. 6, Mantun. num. 8, & 7, Riminal. Iun. num. 61, & seq. de constitut. facit cap. bene quidem circa fin. 96, distinct. Et hæc est communis opinio canonistarum, quam tenet etiam in l. private num. 2, C. de excus. Hun. lib. 10, qui inquit Pe-

rubi